BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 142r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aut quia fumi eleuati a tali apostemate
euaporisant ad cor, quo apostemate ma-
turato et aperto cessabit febris illa que
erat accidens, quia remota causa illius
remouebitur tale accidens, et infirmus
deueniet ad salutem. Item vlterius et sepe
procede cum clisteriis secundum dispositionem
humorum peccantium in tali corpore. Item aliquando
procedatur cum suppositoriis positis in ano.
nunc factis de melle, nunc de salgemma
aut de radice blite, nunc de sapone albo.
et sic de aliis, Capitulum septimum de laudibus
quarundam pillularum valentium contra pestem

Pillule mirabiles contra pestem, date
cuidam epo per Bonifacium Summum pon-
tificem, que valent ad purgandum
et sanandum et conseruandum et ad reducen-
dum corpus pestilenticum, si date fuerint cum
debito tempore virtute constante, et cum obedientia lune
et aliorum planetarum et stellarum, et maxime
caniculare habentium ortum et finem et influ-
entiam super dominio venetorum et paduanorum
que due ciuitates sunt subiecte piscibus
vel cancro ut venetie, et scorpioni ut padue,
Salczburgam vrbem vestram derelinquo Bur-
ckardo reverendissime pater vestre famulo, et ad de-
scriptionem pillularum procedam, que hec est

140

142